

EPISTOLÆ ALTER-
EPISTOLAE
ALTERNATIM
SCRIPTÆ.

Prima Epistola Broda ad Val-
densicos socios missa.

Paulus Kyrmezerus nomine Contu-
bernij Ecclesiastici Brodensis.

Venerabilibus in Christo viris, An-
tistitibus Societatis Fratrum Val-
densium, in inclito Marchio-
natu Morauiae, amicis
dilectis, S. D.

Quam præstans, necessarium, & utile omo-
nibus hominibus, semperq; sit verbum
Dei, vix ullam mentem humanam perpendere,
aut eloqui humanam linguam posse, vobis quoq;
Venerabiles viri, optime constare non est dubiu-
um. Videntes enim ærumnosæ huius vitæ omo-
nium generum afflictionibus, & calamitatibus
pressos, non tamen omnino abeggs, unde quæso
dulcius solamen petere illos posse persuaseritis iſſe
dem, quam ex verbo Dei? Intuentes aliquem
ad